

82 de intellectu Clement. vinc. §. fin. de caus. posses. & propriet. multa, ac varia Interpretes scripsere, ut videre est apud Menoch. de recuperand. remed. 15. nu. 381. cum seq. Joan. Garcia glos. 1. §. 2. nu. 21. Riccium in collectan. decisio. p. 2. collecta. 254. per totam. Valasc. conf. 9. a nu. 20. Petr. Barbof. in l. si de vi, num. 253. cum seq. ff. de judic. Bellacomb. commun. opinio. tom. 2. lib. 7. titul. 1. nu. 297. p. 2. & 7. Marefcot. variar. lib. 1. c. 36. per totum, ubi nu. 6. quod potest pluries suspendi petitorium, & ad illud reverti; Abbas in cap. pastoralis nu. 34. de caus. posses. & propriet. Capyci. decis. 28. Anton. Gabriel. commun. titul. de restitut. sollar. conc. 1. nu. 105.

Verf. Ego verò ex hac disputatione.

73 Contra hanc sententiam D. Covarruvias, tenet Parlador. & alii, quos laudavimus nuper num. 61. Ac Marefcot. supra, ubi sine distinctione probat, reum posse intentando possessorium suspendere petitorium ab adversario propositum ante conclusum in causa, etiam si consenserit, ut in petitorio procedatur. Sed distinctionem D. Covarruv. probat Menoch. sup. nu. 382.

Verf. Utcumque tamen.

Sequitur Marefcot. nu. 6. Capyc. decis. 30. Caputaqu. decis. 323. part. 2. Rota decis. 8. de caus. posses. & propriet. In novis, Vetall. decis. 323. lib. 2.

AD CAPUT XVII.

De Decimis.

SUMMARIUM.

- 1 De Decimis agentes recensentur.
- 2 Veteris legis preceptorum divisio.
- 3 Qui de illis tractantur.
- 4 Quot fuerint.
- 5 Quando sint data.
- 6 Non omnia simul fuerunt tradita.
- 7 Quomodo fuerunt data.
- 8 Præcepta judicialia, & ceremonialia cum Lege aboleverunt, non sic Moralia.
- 9 An præcepta moralia obligent hodie ex vi Legis veteris?
- 10 Præcepta judicialia an duraverint aliquandiu post Legem abrogatam;
- 11 Potest lege humana introduci observatio præceptorum judicialium.
- 12 Potest Ecclesia diverso fine, ac scandalo cessante, uti rebus, quas Judæi in suis ceremoniis adhibebant.
- 13 Præcepta Legis veteris cessant post sufficientem Evangelicam promulgationem.
- 14 Lex Mosaica quando mortua, & mortifera fuit.
- 15 Quo tempore lex Evangelica fuit sufficienter promulgata, quoad universum Orbem.
- 16 De primo Hebræorum mense.
- 17 Utrum Christus legitimo tempore Pascha celebraverit eo anno, quo passus est.
- 18 Resurrectio Domini quo die necessario celebranda.
- 19 Et quo tempore debeat celebrari.
- 20 Intellegitur cap. si quis Episcopus 8. in Canonib. Apostolor.
- 21 Fontes Baptismales in Hispania divinitus aqua

- replebantur, cum Resurrectio Domini erat celebranda.
- 22 Nullo modo, etiam ob finem bonum, licet uti Circumcisione.
- 23 Præceptum solvendi Decimas num fuerit judiciale, vel ceremoniale?
- 24 Decima Deo sunt debita, illiusque portio dicuntur, & traditur earum definitio.
- 25 In lege Mosaica fuit triplex Decimarum differentia.
- 26 Dum lex non fuit mortifera, Judæi erant adstricti ad Decimas solvendas.
- 27 Decima quo jure debentur.
- 28 Quotuplex sit Decima.
- 29 Ubi solvenda sunt.
- 30 Utrum ex turpiter questis Decima debeantur?
- 31 Judæi non solvebant Decimas personales.
- 32 Ecclesia an justè imposuerit fidelibus onus solvendi Decimas ex fructibus, & lucris;
- 33 In lege Evangelica nullum est præceptum, quod juris naturalis non sit, nisi de fide, de Sacramento, & de sacrificio.
- 34 Clerici non debent Pontifici Decimam ex decimis.
- 35 Pontifex si aliunde non haberet ad sui, suaque dignitatis sustentationem, posset ex redditibus Ecclesiasticis necessaria exigere.
- 36 Decima non sunt elemosyna.
- 37 Agentes de oblationibus referuntur.
- 38 Parochiani tenentur ad oblationes, si aliunde Congrua Parocho non exhibeantur.
- 39 A quibus oblationes recipere non licet.
- 40 Ex actis merè voluntariis non inducitur obligatio.
- 41 Quod fallit in oblationibus favore Ecclesie.
- 42 Decennio si offerantur oblationes, inducitur obligatio.
- 43 Ministerium spirituale negari non potest, etsi Parochiani à solitis oblationibus cessent.
- 44 Utrum oblationes sint necessario exhibende, quando beneficiarius Congruam non percipit ex beneficio, licet habeat aliunde unde se alere possit?
- 45 Vicario ex fructibus beneficii Congrua ut assignetur, oportet.
- 46 Decimas non solventes excommunicari possunt, duoque peccata secundum aliquos admittunt.
- 47 Peccati reus sit, qui Decimas non solvit à tempore morte; & quando committatur.
- 48 Decima quibus temporibus sunt solvenda.
- 49 An possint negari Sacramenta non solventibus Decimas quas debent.
- 50 Laici sunt incapaces juris percipiendi Decimas.
- 51 Episcopi quid olim potuerint, & hodie possint circa Decimarum concessionem? remissive.
- 52 Laici possunt nomine Ecclesiasticorum Decimas exigere.
- 53 Decima locari possunt ultra triennium.
- 54 Laici conductores Decimarum pro pensione coram Ecclesiastico conveniuntur.
- 55 Oblationes nequeunt ad laicos proprio nomine pertinere.
- 56 Res oblate non consecrate possunt in laicorum usus alienari.
- 57 Decima laicis perpetuò concessa per prelatos inferiores Pontifice ante Concilium Lateranense justè retinentur secus si postea.
- 58 A quo tempore emanavit prohibitio infundandi laicis Decimas in perpetuum.
- 59 Quando celebratum fuit præfatum Lateranense Concilium.
- 60 Intellectus ad cap. prohibemus, de Decim.
- 61 Laicus potest Decimas justè retentas alii Ecclesie concedere de Episcopi consensu.

- 62 An in laicos alienare, jure sit permissum.
- 63 Decima perpetuò in laicos translata inter bona profana computantur.
- 64 Laicus sola Pontificis autoritate fieri capax potest juris percipiendi Decimas.
- 65 Ubi conceduntur laicis Decima, nihil spirituale eis tribuitur, sed titulus temporalis ad utilitatem percipiendam;
- 66 Utrum Episcopus possit Decimas, quæ vacaverint hodie, in feudum perpetuò concedere, cum ita essent data ante Concilium Lateranense.
- 67 Explicatur cap. 2. de feud.
- 68 Laicus an ultra immemoriam possessionem, saltem ex fama debeat probare concessionem decimarum ante Concilium Lateranense;
- 69 Utrum ex sola immemoriam possessione laicus Decimas tuta conscientia retineat;
- 70 Laicus spoliatus jure Decimarum est ante omnia restituendus, nisi spoliatur ab Ecclesia, ad quam Decima de jure pertinent.
- 71 Exponitur cap. licet Episcopus, de præbend. in 6.
- 72 Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.
- 73 Laici nullo tempore, etiam immemoriam jus percipiendi Decimas possunt querere.
- 74 Tantum potest immemoriam possessio, quantum Principis privilegium.
- 75 Laicus contra laicum jus Decimarum tempore querit.
- 76 Pontifex nequit aliquid ex Decimis concedere ita, ut Congrua Ministris spiritualium deficiat.
- 77 Una Parochia contra alteram jus Decimarum potest præscribere.
- 78 Ecclesiastici sine Parochia jus Decimarum valent præscribere.
- 79 Immemoriam possessio, privilegii vim obtinet.
- 80 Explicatur cap. accedentes, præscriptionib.
- 81 In præscriptione 30. vel 40. annorum titulus non requiritur, nisi juris præsumptio obstat possessori.
- 82 Quid Princeps possit circa jus Divinum, vel naturale, remissive.
- 83 De Decimis per personas Ecclesiasticas solvendis.
- 84 Pontifex ad quas Decimas de jure tenetur.
- 85 Ad quas Episcopus.
- 86 Ad quas Parocho.
- 87 Pastorem non habens; à quo percipiat Sacramenta, à personalibus Decimis est immunis.
- 88 Ex redditibus Ecclesiasticis Decima non debentur.
- 89 Decima sunt onus reale, quod rem sequitur quocumque vadat.
- 90 Ecclesiastici alii quas Decimasolvere debent.
- 91 Consuetudo Ecclesiasticos ab onere Decimarum liberat.
- 92 Ex prædiis unius Ecclesie sitis intra alterius terminos Decima debentur.
- 93 Una Parochia contra aliam jus Decimarum quadraginta annorum spatio præscribit.
- 94 In causis Decimarum in primis consuetudo est attendenda.
- 95 Ubi dubium est, cui ex duabus Ecclesiis decima debeantur, quæ eas decennio perceperit contra alteram præscribit.
- 96 Consuetudo, quæ non est contra jus, decennio inducitur.
- 97 Exemptio à solutione decimarum consuetudine acquiritur.
- 98 Decima prædiales possunt consuetudine ad minorem quantitatem reduci.
- 99 Valet consuetudo, ut ex aliquibus fructibus Decima omnino non debeantur.
- 100 Decimarum debitores non tenentur de jure, ipsas in horrea Clericorum deferre.
- 102 Debitor quando portare debitum ad domum creditoris compellatur.
- 103 Fructus recondere non licet, præmonitis Clericis, quibus ex illis Decima debentur.
- 104 Ex Decimis personalibus expensæ deducuntur.
- 105 Ex realibus, vel mixtis, non utique.
- 106 Quæ expensæ debent deduci ex Decimis personalibus.
- 107 Quando faciendæ est computatio lucrorum ad solutionem personalium Decimarum.
- 108 Ad inductionem consuetudinis contra Ecclesiam quoad Decimas quadraginta anni requiruntur.
- 109 Consuetudo, ut legitime præscribatur, nec titulum, nec bonam fidem exigit.
- 110 Differentia inter consuetudinem, & præscriptionem.
- 111 Consuetudine potest introduci, ut nulla Decima solvantur, si aliter spiritualia ministrantibus sustentatio congrua præstetur.
- 112 Pontifex erraret tollendo præceptum Decimarum; Congrua ministrantibus spiritualia etiam relicta.
- 113 Consuetudo permixta non solvendi Decimas non est irrationabilis judicanda.
- 114 Pontifex, non refragante quacumque consuetudine, potest onus fidelibus imponere ad Divinum cultum, & ministrantium spiritualia sustentationem.
- 115 Posset Pontifex tollere penitus præceptum decimandi providens alio modo sufficienter omnibus, hodie Decima applicantur.
- 116 Utrum exemptio à Decimis solvendis præscriptione possit acquiri?
- 117 Intellectus l. si sic, ff. quemadmod. servit. amit. remissive.
- 118 Servitutes discontinuæ quanto tempore præscribantur.
- 119 Ususfructus 10. vel 20. annis præscribitur.
- 120 Jus pascendi pecora in alieno agro quanto tempore acquiratur.
- 121 Quomodo discernendam est, jus pascendi an sit servitus realis, vel personalis;
- 122 Allegato titulo, & probata possessione decennali, servitus juris pascendi consequitur.
- 123 Sed & patientiam domini fundi servientis probari necesse est.
- 124 Jus pascendi in pascuis publicis non nisi quadraginta annorum lapsu acquiratur.
- 125 Ex detentatione rei titulo conductio nullum jus conductori queritur jure Regio.
- 126 Pascua conductæ auferri nequeunt à fratre de la Melta in Hispania, etsi alius plus offerat.
- 127 Servitus discontinua decem annis cum titulo præscribitur.
- 128 An ad præscriptionem servitutum titulus necessarius sit?
- 129 Intellectus ad locum difficilem D. Thom. qui mun. sequenti refertur.
- 130 Non peccant facientes contra legem, quod usu receptum est, etiam ante consuetudinem, legitime præscriptam.
- 131 Præscriptio juris percipiendi Decimas in aliena Parochia non extenditur ad Novalia.
- 132 Fallit, si ex fructibus terræ, antequam præcideretur, Decima solvebantur.
- 133 Parum pro nihilo reputatur.
- 134 Intellectus ad cap. ex parte 27. de decimi. remissive.
- 135 Quid sit Novalia.
- 136 Privilegium de Decimis percipiendis in aliena Parochia non complectitur Novalia.
- 137 Privilegium inferens præjudicium Tertio debet strictè interpretari.

- 138 Privilegium, per quod res reducitur ad jus commune, etiam cum detrimento Tertii, est late interpretandum.
- 139 Conciliatur dict. capit. ex parte, cum c. tua. 25. §. fin. de decim.
- 140 Princeps nunquam presumitur juri alicujus derogare.
- 141 Idem est, & in minimo prejudicio.
- 142 Procedit etiam in gratia motu proprio, vel ex plenitudine potestatis concessa.
- 143 Utrum privilegium Summi Pontificis de Decimis non solvendis, comprehendat possessiones post illud privilegio acquisitas?
- 144 Ut tale privilegium futuras possessiones contineat, habere debet specificam derogationem, cap. nuper 34. de decim.
- 145 Casus decimales in foro Ecclesiastico sunt tractanda.
- 146 Laici de spiritualibus judicare non valent.
- 147 Neque incidenter.
- 148 Judex laicus in questionibus facti cognoscit super Decimis.
- 149 Item si litigetur super possessione.
- 150 Item si litigetur super Decimis ad laicos pertinentes.
- 151 Super Decimis concessis Regibus Hispaniarum cognoscitur etiam inter Ecclesiasticos privative in Supremis Tribunalibus.

DE materia hujus capituli videndi sunt, Par. Suarez tom. 1. de Religion. tractat. 2. lib. 1. fere per totum Bonacin. oper. moral. tom. 1. de legib. disp. ult. Joseph. Scaliger. Joan. Petr. Moneta, Henric. Canisi. Petr. Rebuf. Andr. Hispan. qui speciales tractatus de Decimis ediderunt, Guttier. Canon. question. libr. 2. cap. 21. & practicar. libr. 1. cap. 14. cum seqq. Valentia 2. tom. 3. disp. 6. q. 5. Ceval. commun. cont. commun. tom. 2. qu. 822. a num. 67. & tom. 3. qu. 55. Castill. tom. 7. de Tertius, Marefcot. Variar. lib. 2. cap. 54. & cap. 95. a num. 22. August. Barbof. de jur. Eccles. univers. libr. 3. capit. 26. Petr. Franc. Tondut. Canon. question. part. 1. cap. 67. Card. Zabarell. conf. 26. Tusch. practicar. conclus. lit. D. concl. 62. cum plurib. seqq. & alii quos plene cumulavit Barbof. in collectan. ad titul. de decim. in rubric. n. 2.

Ad Num. 1.

2 Hujus divisionis preceptorum legis Mosaiæ in moralia, judicialia, sive legalia, & caeremonialia, quam omnes communiter admittunt, meminere Pat. Suarez. de legib. lib. 9. c. 3. n. 11. Sayr. in clau. Regia. libr. 4. cap. 1. nu. 6. Guttier. supra cap. 21. nu. 12. Parlador. different. 5. nu. 1. Barbof. in collectan. ad c. ultim. n. 1. dist. 6. Becan. tom. 2. tract. de leg. b. cap. 4. qu. 4. nu. 1. Tiraquel. de retract. lignag. in prefat. nu. 8. De quibus preceptis agit Becan. sup. q. 5. 6. 7. & Valent. 12. tom. 2. disp. 7. q. 7. punct. 4. 5. 6. Omnia fuerunt sexcenta, & tredecim, Guillelm. Paris. lib. de fide, & lege. A. bulens. Deuteronom. cap. 17. quæst. 1. Burgenf. in Scrinia. part. 1. disp. 8. cap. 9. Suarez. dist. libr. 9. c. 4. n. 26. in fine. Data sunt populo, anno 2513. ab Orbe condito, post quinquagesimum diem ab exitu de Ægypto, D. Aug. de Civit. Dei libr. 18. cap. 11. & 4. contra Faustum, cap. 2. D. Thom. 1. 2. quæst. 98. art. 6. Pereir. in cap. 12. Exod. disp. 19. Suarez. capit. 5. nu. 13. Ubi addit, non omnia precepta simul fuisse tradita; sed aliqua postea accessisse; quod probat ex cap. 17. Numer. Deus dedit legem totam non per se immediate loquens,

sed ministerio Angelorum, qui voces formarunt, & illius nomine Moysen alloquebantur secundum veriore, ac receptiore sententiam. D. Thom. supra. art. 3. Suarez. c. 2. a num. 4. Pat. Vazquez dist. quæst. 98. artic. 3. fol. 344. Arriaga. 1. 2. tom. 2. tract. de legib. disp. 9. n. 6. vers. Secunda conclusio, Becan. dist. capit. 4. quæst. 2. num. 3.

Ibi: Horum autem preceptorum judicialia, & caeremonialia.

Præcepta judicialia, & caeremonialia cum solum obligarent ex vi legis Mosaiæ, ea per Evangelicam abrogata expirarunt: Moralia autem, quia juris naturalis sunt, permanserunt, semperque obligant: Ita docent Valent. sup. punct. 7. vers. Quo posito, cum seqq. Tho. Delbene de immunit. Eccles. tom. 1. c. 1. dubit. 2. sect. 11. n. 41. Parlador. ubi supr. Becan. dist. cap. 4. sect. 8. n. 1. cum seqq. Guttier. d. cap. 21. num. 13. Did. Perez in l. 1. col. 195. vers. Videtur tamen, tit. 5. lib. 1. Ordinam. Suar. c. 11. per totum, Barbof. supra. n. 1. Arriaga. disp. 10. sect. 3. Castill. sup. cap. 10. n. 9.

Sed non est levis controversia, utrum præcepta moralia obligent hodie ex vi Legis veteris, quasi quoad illa non expirasset? & receptius est contra Bellarminum, Vazquez, & alios nullam vim ex Legge antiqua retinere: sed lege naturali, & Evangelica ea esse servanda, Suar. dist. cap. 11. a nu. 7. Arriaga. d. sect. 3. a nu. 29. Victoria in relect. de matrim. part. 2. num. 3. in fine, Tolet. Roman. 3. annotat. 13. Salmeron. ad Roman. 7. disput. d. Barrad. tom. 1. lib. 1. c. 21. Valent. dist. punct. 7. vers. animadverti autem Sot. de just. jur. lib. 2. quæst. 5. artic. 4. Medina 1. 2. quæst. 103. art. 3.

Est notandum cum D. Thoma, & Suarez. c. 19. in fine, quod, etsi præcepta caeremonialia non ligaverint Judæos, ex quo lex Evangelica fuit promulgata, judicialia nihilominus obligarunt postea, quatenus erant necessaria ad justitiam, & pacem in illa Republica conservandam, quandiu in eodem permansit status, Quod potest intelligi non in vim legis Mosaiæ, quæ perierat, sed in quantum rationi naturali nitebantur, & diuturno populi illius usu fuerant approbata, argum. l. de quibus 32. ff. de legib. §. ex non scripto, Inst. de jur. nat. gent. & civ. nam cum Lex deficeret, ad id, quod in usu erat, oportuit recurrere, dist. l. de quibus, in princip.

Verf. Hinc non immerito dubitari solet.

Est commune omnium, tam Theologorum, quam Jurisprudentium, posse per legem humanam, observationem preceptorum indicialium induci, quatenus ad bonum regimen expedire videantur, cap. 1. de adulter. ubi preceptum coercens virginis puellæ stuprato rem, quod extat Exod. c. 22. suscitatur. Sed nullam majorem vim obtinebunt, quam eis potuerit dare novus Legislator, Arriaga nu. 18. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 1. disp. 6. num. 3. Guttier. d. cap. 21. a num. 18. Barbof. num. 4. Imola in l. testamenti 3. ff. de testament. Ojeda de incompatibil. beneficior. part. 1. c. 23. n. 92. Decian. conf. 11. num. 3. Vol. 4. Paz in proem. leg. Taur. num. 100.

Ibi: His etenim verbis D. Thomas sensit.

Potest Ecclesia, scandalo cessante, diversoque fine uti illis, quæ Hebræi in suis caeremoniis ex precepto adhibebant, nec ideo rectè dicitur præcepta caeremonialia usurpare, sed rebus materialibus uti, in

in quantum ratione naturali ad cultum Divinum conveniunt; Arriaga. dist. disp. 10. num. 25. vers. Quod verò, Suarez dist. cap. 11. numer. 1. in fine, Becan. in analog. veter. & non testam. cap. 7. quæst. 3. num. 17. Guttier. num. 20. Brun. de caeremon. lib. 4. cap. 8. Stephan. Duran. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 2. cum seqq. Barbof. num. 6.

Præcepta veteris Legis cessarunt post sufficientem leg. Gratæ promulgationem, quæ facta est die Pentecostes, quo lex Mosaiæ expiravit, secundum Suarez c. 13. per totum, Arriaga. disput. 7. quæst. 4. nu. 57. cum seqq. Maldonat. in c. 5. Martini, vers. 18. alios, etli opinio communis extet, quæ cum D. Thom. sentit, Legem illam simul cum Christo expirasse, adversari verò, tunc duntaxat vulnus lethale accepisse; dicunt. At ejus obligatio non eodem tempore, ubique gentium extincta est, sed successive; prout lex Evangelica promulgabatur; similiterque mortifera facta est, quatenus innotescebat; abrogatam esse, ipsiusque usum interdici, Suarez. dist. c. 19. nu. 7. cum seqq. Lex Gratæ perfecte, ac sufficienter quoad universum Orbem promulgata fuisse censetur anno quadragesimo à morte Christi, tempore excidii Jerusalem per Vespasianum; ut cum communi tradit Barbof. num. 9.

Verf. Non oberit his.

Sed huic objectioni satisfacit Suar. dist. tract. 2. lib. 2. de facror. dier. observat. cap. 6. n. 14. & faciunt proximè tradita ex Arriaga, Becano, & aliis.

Ibi: Quinimo, & in hac re ne Judaïsmum sequamur.

His primus Hebræorum mensis dicebatur Nisan, qui Martio correspondet; fuit autem illis, & alter primus mensis, Septembris scilicet antequam solennitas Paschæ institueretur: imò etiam postea secundum aliquos, quoad negotia, actiones politicas primus habebatur; Maldonat. in cap. 16. Martini, vers. In secunda questione, Suarez ubi proximè.

Ibi: Deinde ex historia Evangelica deducitur.

Qua die; Christus, & Judæi celebraverint Pascha, anno quo ipse passus est, tractat lare Maldonat. dist. vers. In secunda questione, cum seqq. & in fin. cum Paulo Burgenf. tenet, Christo legitimo tempore juxta Legem Pascha celebrasse Judæos secundum traditionem: nam post exilium Babylo-nicum apud ipsos fuit observatum, ut quoties Pascha in feriam sextam incidere, transferretur in Sabbatum, quoniam grave erat, duos dies festos continuo observare, quibus non licebat mortuos sepelire, neque alia opera, etiam pia facere, quod contigit eo anno, quo Christus passus est, qui mortuus est ipso die, quo ex Legis instituto Pascha debebat celebrari, ipseque cum Discipulis agnum comedit decimaquarta Luna ad vesperam, idest post occasum Solis in principio Lunæ decimaquintæ, atque ita in confinio utriusque diei, nam Hebræis occasus Solis, finis, & initium erat dierum, Maldonat. dist. vers. In secunda questione, ad medium.

Verf. Item illud est notandum.

18 Pius Pontificatus adeptus est anno 150. Victor anno 190. & Pascha die Dominico celebrandum, probat Clem. Roman. lib. 5. constitut. Apostol. c. 6. ibi: Ne per errorem diem Resurrectionis Domini nostri

Jesu Christi alio die præterquam Dominico tantum celebremus: de quo fult. Suar. d. lib. 2. cap. 6. a n. 3. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 1. c. 3. quæst. 4.

Ibi: Modò dies is Dominicus non contingat.

Adversus D. Covarr. docet Suar. d. c. 6. nu. 21, 19 22. Pascha posse licet, & debere celebrari decimaquinta Luna, si Dominicus dies in ipsam incidere, quod variis comprobatur testimoniis.

Ibi: Ex quibus, ni fallor, aperitur sensus.

Ad intellectum cap. si quis Episcopatus 8. in Canon. Apostol. est notandum, Judæos si ritè Pascha celebrarent, non posse id facere, nisi post æquinoctium: nam cum celebratio fieri deberet decimaquarta Lunæ primi mensis; & primus mensis esset, cujus primus dies erat proximor æquinoctio, si æquinoctium occurreret post celebratum Pascha, & sic post decimam quartam Lunam, mensis sequens primus foret, cujus prima Luna magis ad æquinoctium accedebat; quo Pascha esset celebrandum. Sed quia Judæi perperam solebant ante æquinoctium illud festum agere, ideo prohibetur in d. cap. 8. nequis in eundem errorem cum Judæis labatur, quod probat Suarez nu. 18.

Ibi: Scribit & ad hæc Robert. Gaguin. lib. 1. de gest. Francor.

Hujus miraculi meminit Pat. Mariana histor. 21 Hispan. l. 5. cap. 11. ubi ait, sæpè similem controversiam inter Gallos, & Hispanos eodem modo fuisse decimam; Fontes autem Baptismales; qui divinitus aqua implebantur, fuerunt in Oset oppido Bœticæ, vulgò, Sevilla vieja. de quo loco Plini. lib. 3. natur. hist.

Verf. Ex eadem radice periculosum est.

Hanc Cajetani opinionem (quæ secluso scandalo est intelligenda, ut ipse supponit) sequuntur Medina l. 2. q. 63. art. 4. ad 5. & alii moderni, quos tacitis nominibus commemorat Suar. dist. lib. 9. cap. 14. nu. 8. à quibus discedit; nam vel Circumcisionem vituit ad imitandum Christum, quatenus Circumcisionem accepit, tanquam Sacramentum à Deo institutum; & superstitiosum est, vel quatenus dolorem sustinuit; & est irrationabile, ac illicitum, non enim licet homini partem corporis sui abscondere, aut perforare, ut in illo dolore, & passione Christo conformetur; quare etiam Cajetanum impugnant Arriaga. d. dist. 10. sect. 3. nu. 17. Sor. de just. & jur. lib. 2. quæst. 5. artic. 4. in fine, Valent. d. punct. 7. vers. Ex quo opinio Cajetani, Salmer. ad Galat. 5. quæst. 3. & alii.

Ad Num. 2.

An præceptum solvendi Decimas fuerit judiciale, morale, vel caeremoniale? controversatur, ut videre est apud Ceval. q. 516. Suarez. d. tom. 1. de Religion. lib. 1. cap. 9. num. 7. 89. qui cum Aragone, Valentia; & aliis docet, fuisse judicialia; & idemque tenet Becan. de just. & jur. in quæst. 87. D. Thom. q. 1. nu. 6. Sor. dist. lib. 2. quæst. 4. art. 1. vers. Ex quo fit præceptum, & vers. circa corollarium, Gregor. Lop. in princ. glos. 5. tit. 20. p. 1. Arrenf. in summ. part. 2. lib. num. 35. in rubric. de Decim. Barbof. sup. num. 6. Guttier. dist. cap. 21. n. 22. Ratio est; quoniam cum Tribus aliæ præter Leviticam suam partem acciperent in divisione terræ promissionis, tenebantur